




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**[Marcellvs Miseratione Divina Titvli sancti Marcelli
sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Crescentius
nuncupatus ...]**

[S.l.], [1545]

urn:nbn:de:hbz:466:1-35040



Th. 1440 a.

1. Caroli V edictum ꝑ. novatores. Worms 1521
2. — — — — — Lupus uia dñi Colum dno
Sudf. Rod. Lantz u blisbar C. 1544.
3. Epistolis decessoribus dñi Capituli ꝑ. C. 1544.
4. Dux Palb. mansueti dñi fuy bisset, dñi
Judicibus ubiq. iusticia, mit
dñi uia uolunt.
5. Appellatio Coloniensium in @ Relig. 44
6. dñi Capituli uia dñi fuy bisset. 25 Oct. 44.
7. Citatio Imperatoris ꝑ. Archiep. Col. 45
8. Appellatio Archiepiscopi,
9. Citatio Curia Rom. ꝑ. Archiep.
10. Responsio cleri Col ꝑ. appel. Archiep.
11. Caroli V. Diphylbris ꝑ. dñi Colu.
12. Jo Cochleus ad Caput. col. 1. Aug 45.
13. Herrn Archiep. ad Wormatienses
14. idem ad Imp. Carolum V.
14. Cochleus pro Roffensi et Thoma Moro
15. Capituli ꝑ. C uia dñi dñi dñi dñi dñi
8 Aug 45
16. Dux Palb. uia dñi dñi dñi dñi dñi
17 Nov 45

Die alte Nummerierung ist falsch.
Insgesamt 30 Stücke

In. Universitätsbibliothek
Paderborn
April 1957

17. Act. Capituli C. pro Archid.
contra duo Cantus Ludlow, 7 Dec. 45

18. Sententia Nuntii ap. pro
Capitulo V. Decanum.

19. Infirmum duo duo in allig.
Thoma seu duo duo Capituli
und duo duo Archid.



MARCELLVS MI-
SERATIONE DIVINA TITVLI

sancti Marcelli sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis
Crescentius nuncupatus, causaeq; & causis ac partibus
infra scriptis a sanctissimo domino nostro Papa Iudex &
Comissarius specialiter deputatus, uniuersis & singulis

dominis Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Decanis, Archidiaconis,
Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurarijs, Succetoribus, Sacri
stis, Parochialiumq; Ecclesiaru rectoribus seu locatenē. eorundē, Plebanis,
Viceplebanis, Capellanis, Curatis, Vicarijs, perpetuis altari stis, caeterisq;
presbyteris, Clericis, Notarijs & tabelliōibus publicis quibuscūq; p ciuitatē
& Diocœsim Colonien. ac aliâs ubilibet constitutis, illiq; uel illis, ad quē uel
ad quos praesentes nostrae literae peruenerint, salutē in domino & praesentibus
nostris huiusmodi, imō uerius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noue
ritis, quōd nuper sanctissimus in Christo pater & dominus noster, dominus
Paulus diuina prouidentia Papa tertius, quandam commissionis suae supplica
tionis papyri schedulam nobis per certum suum cursorem praesentari fecit,
quā nos cum ea qua decuit reuerentia recepimus huiusmodi sub tenore, uidelicet.

BEATISSIME pater, quamuis Reuerendissimus dominus Herman
nus Archiepiscopus Colonien. pro suo pastoralis officio gregē sibi concredi
tum Catholica & orthodoxa doctrina secundum regulam & dogmata Ec
clesiastica a sanctis patribus Catholicae & Apostolicae fidei cultoribus ac
cepta pascere, & per solos ordinarios Ecclesiarum intra suam Diocœsim con
stitutarum rectores & ministros canonice & legitime uocatos, & in com
munionē Apostolicae Sedis & Catholicae Ecclesiae existentes & perseue
rantes salubriter pasci facere, necnon in administratione sacrosanctorum sa
cramentorum a sanctis Apostolis & illorum successoribus ex Christi insti
tutione nobis traditorum eam formam & normam, quam ab Apostolica Ec
clesia, uelut per manus commēdatam, & haecenus obseruatam accepit, diligen
ter obseruare, & a suis Clericis obseruari curare, neq; ab ea, seu etiam Chri
stianae Religionis in Ecclesia haecenus usitatis ceremonijs, uelut iuerā piete
tis aculeis & retinaculis quauis nouitate recedere, haereticos quoq; schismatis
cos ac quosuis alienae uel pollutae communionis Clericos seu a suis Episcopis se
gregatos, & praesertim monasteriorum desertores, & apostatas monachos,
omnesq; alios, qui ulla aut haeresis aut schismatis labe suspicionēue commacula
ti uel grauari sunt, a se rerumq; Ecclesiasticarum administratione uelut lupos
rapaces ab ouili Christi procul repellere, eosq; ne alienas insiliret Parochias,
locaq; uaria pia infestaret, ac ordinarijs rectoribus & pastoribus ullā mole
stiam inferret, modis omnibus prohibere, suaq; uigilanti inspectioe ac custodia
A haere

hæresum & schismatum semina tollere, ac pericula quæcumq; subinde emergentia totis uiribus submouere, populoq; à Deo & sancta Sede Apostolica, per quam in partē sollicitudinis assumptus est, suæ curæ commissio pastorali uigilantia debite uerbo pariter & exemplo præesse deberet ac teneretur. Nihilominus tamē idem dominus Hermannus Archiepiscopus Coloniensis initio quendam Martinum Bucerum, monasticæ professionis desertorē, incestisq; mptijs etiam iteratō pollutum, Lutheranaeq; doctrinæ coryphæum, ac nonnullos alios improbatos & schismaticos homines ac concionatores cum eodē conspirantes in suam Diocœsim succedaneo interuallo acciuit, seu etiam eosdē sua priuata auctoritate contra Capituli & Cleri suorum utilitatē, ipsorum pijs & obsequiosis admonitionibus & deprecationibus spretis, in pluribus suæ Diocœsis oppidis & locis prædicationi uerbi seu concionibus præfecit, præbita etiam eisdē licentia uel occasione alienas Ecclesias seu Parochias in iniuriam uerorum pastorum eo prætextu insiliēdi, eorumq; ordinaria officia præoccupandi & inturbandi. Quo factum est, ut schismatici illi prædicantes, quos Reuerēdissimus dominus Archiepiscopus inuexit ad illius suæ obtensæ Reformationis præscriptum librum, quem edi, uendi, publicariq; mandauit, atq; etiam sæpe deterius & seditiosius sua improbata & damnata dogmata ubiuis spargere summo conatu annuntuntur, ueris & legitimis pastoribus & animarum curatoribus illis cedere iussis, adeo etiam, ut sectarijs illis sacramentorum administrationem in eorum Ecclesijs exercere permittere sint coacti. Non quidem ad Ecclesiasticam & Catholicam formam, sed nouo planē & schismatico more, in Germanica etiam lingua, & quæ admodum eisdem prædicantibus uidetur, non sine ueterum solennium precum abrogatione, piarumq; à temporibus Apostolorum in Ecclesia Dei ad sacramentorum exhibitionem usitatarum ceremoniarum, necnon à tot seculis uniformiter obseruatæ Missæ & sacri canonis nefaria abolitione, haud præter multorum infirmorum scandalum & corruptionem. Cumq; hæc & his similia sanctitatis uestræ deuoti oratores, Prælati, Canonici & Capitula, ac tam Maioris quàm Collegiatarum, Parochialiumq; & aliarum Ecclesiarum, necnon Abbates, Abbatissæ, Comuentus, aliæq; religiosæ utriusq; sexus Monasteriorum & aliorum piorum locorum personæ, totusq; tam primarius quàm secundarius & uniuersalis Clerus, ac præterea Rector & Regentes almæ Vniuersitatis Studij generalis ciuitatis Coloniæ in Christianæ fidei ac Catholicæ & orthodoxæ Religionis hætenus obseruatæ diminutionem ac euerisionem uergere uiderent & cognoscerent, & ne hæc suum ulteriorem progressum augmentumq; susciperent, prouidere, ac pro sua uirili obuiare uolentes, oportunaq; remedia adhibere satagentes, à præmissis omnibus & singulis, alijsq; in appellatiōe desuper confecta latius cōtentis, ad eandē sanctitatē uestram, sanctaq; Sedem Apostolicam, nedum pro se, uerum etiam huic appellatiōi adherentibus ac in futu

rum

rum adherere uolentibus coram Reuerēdo patre & illustrissimo principe & domino, Georgio ex ducibus Brunswicen. & Lunenburgen. ac præfatæ Coloniensis Ecclesiæ Præposito, necnon dictæ Vniuersitatis studij generalis Coloniensis summo Cancellario, tanquam persona in Ecclesiastica dignitate cõstituta, ac Notario & testibus prouocauerunt & appellarunt, prout in eadem appellatione fusius cõtinetur. Verum pater sancte, cum præmissa omnia maximi sint momenti & cõsiderationis, agaturq; de sacrosanctæ fidei Christianæ, Catholicæq; ac ueræ prisçæ Religionis, piarumq; ceremoniarum læsione & subuersione, necnon animarum plurimarũ salutis detrimento, quibus uel in primis sanctitatis uestræ, apud quam est uniuersalis Ecclesiæ, sancto Petro Apostolorũ princepi specialiter cõmissæ præcipua cura & sollicitudo, summæq; potestatis plenitudo, auctoritate uenit obuiandũ, incumbatq; ipsius maximo pastorali officio, ut errata, præsumpta & attentata hæc e medio tollatur & eradice dicentur, Prælati, Canonicis, Capitulis, Abbatibus, Abbatissis, Comensibus, personis Ecclesiasticis ac primario & secundo uniuersaliq; Clero, necnon Reclori totiũ Vniuersitati studij generalis ciuitatis Coloniensis oratoribus præfatis, necnon appellationi huiusmodi actu adherentibus, atq; in futurum adhæsuris, ne in his præmissis ac in appellationis huiusmodi instrumeto contentis, similibusq; grauaminibus, tam illatis quàm aliquando inferendis, ampliorem uim atq; oppressionem patiãtur, Apostolica prouidentia succurratur. Ac ne mora longior, ingēs maiusq; periculũ adferat. Dignetur igitur eadem sanctitas uestra causam & causas appellationis huiusmodi, ac aliarũ quarumcunq; in hoc negotio quomodolibet interpositarum ac interponendarũ, quarum omnium tenores, ac si de uerbo ad uerbũ præsentibus insereretur, pro latissime expressis habere placeat, necnõ nullitatum & inualiditatũ, molestationũ, uexationum, perturbationũ, impedimentorũ, aliorumq; omnium & singulorum præmissorum in eadem appellatione contentorum, ac in actis causæ & causarum huiusmodi latius deducendorum, attentatorumq; & innouatorũ quorumcunq; alicui ex Reuerendissimis patribus dominis sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, etiã summarie, &c. prout in processibus beneficialibus, &c. committere & mandare, cum omnibus & singulis suis incidẽtibus, dependentibus, emergentibus, annexis & cõnexis audiendas, cognoscendas ac eidem sanctitati uestræ pro diffinitiuã sententia in suo sacrosancto & Reuerendissimorũ patrum dominorũ eiusdem S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consistorio, ac de eorundem consilio promulganda referendas, cum potestate dictum Hermannum Archiepiscopũ ac illi in præmissis fautores, complices & adherentes quoscunq; ac in decreto aut executione citationis aliarumq; literarum præsentium uigore ad partes decernendarum nominandos in Romana Curia, extra eam & in partibus, etiã per edictum publicum, cõstituto summarie & extraiudicialitẽr de non tuto accessu, aut potius ad euitandum metus, peris

A ij cula,

cula & discrimina, quæ interuenire possent, parcendumq; incommoditatibus ac laboribus & impēsis, in Maioris Ecclesie ac aula Archiepiscopalis Colonienſis ualuis tempore diuinorum officiorum affigendum & publicandum, quod ita de Apostolica potestatis plenitudine decernere placeat, citandi, necnon domino Archiepiscopo, fautoribus, complicibus & adherentibus, alijsq; supradictis, à quibuscūq; quacūq; etiam Archiepiscopali, & alia quacūq; Ecclesiastica & seculari, etiā principali dignitate præfulgētibus, & præsertim Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Præfatis, Præsidibus, Iudicibus, Scultetis, Burginagistris, Consulibus & Scabinis, Metropolitanicisq; ciuitatis & oppidorum, uillarum, terrarum, & quorumuis aliorum locorum communitatibus, singularibusq; personis, ac cæteris quibuscūq; intra prædictam Diocœsim & prouinciam Colonien. constitutis, seu dictæ Ecclesie Colonienſi quouis modo subiectis, cuiuscūq; status, gradus & conditionis fuerint, ac quibuscūq; alijs, ne in appellatiōis ac litispendentiæ huiusmodi præiudicium aut aliās quomodolibet, quouis quæsito colore, ingenio uel practica, directè uel indirectè contra Prælatos, Canonicos & Capitula, Abbates, Conuentus & Collegia, personasq; Ecclesiasticas, totumq; tam primarium quàm secundarium & uniuersalem Clerum, Rectorem & Regētes Vniuersitatis studij generalis ciuitatis Colonienſis prædictæ, oratores præfatos eorumq; adherentes & adhæsuros, fautores, defensores & inserviētes, eorumq; omnium subditos, uasallos & attinentes, quicquam attentēt, innouent uel præsumant, nèue etiam præfato Archiepiscopo in eiusmodi actibus & præsumptionibus iure diuino & humano prohibitis & damnatis, eiusq; in ea parte iussis & mandatis ullam obedientiam in Catholica Ecclesie iniuriam præstent seu impendant, neq; cōmemoratis improbatis & schismaticis concionatoribus seu Lutheranae aliarumue præsentis tempestatis sectarum asseclis & complicibus, illorumue dānatis opinionibus & doctrinis quouis modo attendant seu adhæreant, neq; auctoritate seu iussu dicti domini Archiepiscopi seu aliās per iam dictos pseudoconcionatores alijsue quoscūq; se à Catholica Religionis ueritate & unitate ulla ratione diuelli seu in aliquam nouationem ueteris & ueræ fidei & Religionis nostræ, laudabiliūq; ceremoniarū & cultus diuini in Catholica Ecclesia hætenus usitati quouis modo promoueri, trahi, cogi, talisue nouationes apud se inuichi & introducti sināt, quin potius attentata seu innouata quæcūq; protinus tollant, & in irritum reuocent & deducant sub anathematis ac censurarum Ecclesiasticarum pœnis, necnon priuationis dignitatum etiam Archiepiscopaliū, Episcopaliū, prælaturarum, ac quarumcūq; dignitatum & officiorū, aliorumq; beneficiorum Ecclesiasticorum, ac etiam annuarum pensionum super quibuscūlibet fructibus, redditibus, prouentibus & emolumentis Ecclesiasticis quomodolibet, etiam auctoritate Apostolica qualitercūq; assignatarum, cōstitutarum &

refer

reſeruarum. Iurium quoq; indultorum, priuilegiorum, omniumq; & ſingulo-
rum bonorum, etiam feudorum Eccleſiaſticorum, necnon inhabilitatis ad quaſ-
cunq; dignitates beneficiaq; Eccleſiaſtica, ut præfertur, ac etiam qualiter cuiq;
qualificata eo ipſo data contrauentione & inobedientia pœnis incurrendis ſi-
mili excommunicatiõis forma inhiſcendi, & in euentum non paritionis, inobe-
dientia aut cõtrauentionis, etiã abſq; alia ſuper his E. ſanctitatis ueſtræ præ-
dictæ faciendæ relatione, præfatum dominum Hermannũ Archiepiſcopum,
complices, adherentes, fautores, ac contradictores, rebelles & inobedientes,
ſententias, cenſuras ac pœnas prædictas in dicta inhiſcitione contentas damna-
biliter incidiffe & incurriſſe declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, interd-
ctum Eccleſiaſticũ apponendi, auxiliũq; brachij ſecularis inuocandi, omniaq;
alia & ſingula in præmiſſis & circa ea neceſſaria & oportuna faciẽdi, dice-
di, gerendi & exercendi, ac etiam exequẽdi. Conſtitutionibus & ordinationi-
bus Apoſtolicis, ſtilo Curia, quodq; cauſa ſeu cauſæ huiusmodi non ſint for-
ſan ad eandem Curiam legitime deuolutæ, aut in eadem tractandæ & finiendæ,
cæterisq; in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunq;, ſtatim
& merita præmiſſorum ac omnium & ſingulorum in dicta appellatiõẽ conten-
torum, ac in præmiſſis & circa ea quomodolibet etiam neceſſario exprimen-
dorum, tenores pro plenè & ſufficienter expreſſis habentes. In fine uero dictæ
commiſſionis binæ erant appoſitæ ſignaturæ, quarum prior talis erat, uideli-
cet, de mandato domini noſtri Papæ: *Audiat Reuerendiſſimus dominus
Cardinalis Creſcentius, citet, inhiſceat etiam ſub cenſuris & pœnis & per
edictum conſtituto ſummarie, &c. de non tuto acceſſu & aut aliàs procedat ſum-
marie, &c. referat, ut petitur, declaret, aggrauet, etiam cum inuocatione ſi
& prout de iure. Poſterior uero talis erat, uidelicet, Placet.* **A. POST
CVIVS QUIDEM** commiſſiõis ſiue ſupplicatiõis ſchedulæ præſen-
tationẽ & receptionẽ nobis & per nos, ut præmittitur, factas, fuimus pro par-
te Reuerendorũ patrum dominorũ Prælatorũ, Canonicoꝝ & Capitulorum,
ac tam Maioris quàm Collegiatarum, Parochialiumq; & aliarum Eccleſia-
rum, necnõ Abbatum, Abbatiaſarum, Conuentuum, aliarumq; religioſarum
utriuſq; ſexus Monaſteriorum, & aliorum piorum locorum, perſonarum, to-
tiusq; tam primarij quàm ſecundarij & uniuerſalis Cleri, necnon Recloris ac
Regentũ almae Vniuerſitatis Studij generalis ciuitatis Coloniensis principa-
lium, & aliorum litiſconſortium principalium in eadem præinſerta nobis fa-
cta & præſentata commiſſione principaliter nominatorum debita cum inſtan-
tia requiſiti, quatenus ſibi ipſis citationem legitimam unã cum inhiſcitione ſub
cenſuris & alijs pœnis in dicta commiſſione præinſerta comprehenſis inſerta,
extra Romanam Curiam & ad partes, contra & aduerſus Reuerendiſſi-
mum dominum, dominum Hermannum Archiepiſcopum Coloniensem ex ad-
uerſo principalem, in eadem præinſerta nobis facta & præſentata cõmiſſione

A iij exad.

ex aduerso principaliter nominatum, ac illi in præmissis omnibus in dicta commissione expressis fautores, complices & adherentes quoscunq; omnesq; alios & singulos sua communiter uel diuisim interesse putantes, & in executione huiusmodi citationis nominandos iuxta & secundum dicta nobis facta & præsentata commissionis uim, formam & tenorem in forma solita & consueta discernere & concedere dignaremur. Nos igitur Marcellus Cardinalis, Iudex & Commissarius præfatus, attendentes requisitionem huiusmodi fore iustam & consonam rationi, uolentesq; in causa & causis huiusmodi, ac inter partes in dicta commissione contentas rite & legitime procedere, ac partibus ipsis dante domino iustitiam ministrare, ut tenemur, idcirco auctoritate Apostolica nobis commissa & qua fungimur in hac parte, uos omnes & singulos supradictos & uestrum quemlibet in solidum tenore præsentium requirimus & monemus primo, secundo, tertio & peremptorie, uobisq; nihilominus & uestrum cuilibet in uirtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in uos & uestrum quemlibet canonica monitione præmissa, si ea quæ uobis in hac parte committimus & mandamus, neglexeritis seu distuleritis contumaciter adimplere, ferimus in his scriptis, districtè præcipiendo mandantes, quatenus infra sex dierum spatium post præsentationem seu notificationem præsentium uobis seu alteri uestrum factas: & postquam pro parte præmemoratorum Reuerendorum dominorum Canonicorum, Capitulorum & aliorum litis consortiũ in dicta commissione principaliter nominatorum principalium super hoc fueritis requisiti seu alter uestrum fuerit requisitus, immediate sequentiũ, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies uobis uniuersis & singulis supradictis & uestrum cuilibet pro tertio & peremptorio termino ac monitione canonica assignamus, ita tamen, quod in his exequendis unus uestrum alterum non expectet, nec unus pro alio seu per alium se excuset, præfatum Reuerendissimum dominum Hermannum Archiepiscopum Coloniensem, ac illi in præmissis contentis in præinserta commissione fautores, complices & adherentes ex aduerso principales, omnesq; alios & singulos sua communiter uel diuisim interesse putantes & in executione præsentium nostrarum literarum nominandos, & in eorum proprijs personis, si ipsorum præsentias commodè habere poteritis. Alioqui ipsum dominum Archiepiscopum in Maioris Ecclesiæ ac aulæ Archiepiscopalis Colonienfis ualuis tempore diuinorum officiorum affigendo & publicando, eidem uero Archiepiscopo in præmissis contentis in dicta commissione fautores, complices & adherentes in hospitij habitationum suarum, si ad ea uobis tutus pateat accessus, & Parochiali seu Parochialibus, sub qua uel sub quibus degunt & morantur. Sin autem ipsum Archiepiscopum Coloniensem in Maioris Ecclesiæ Colonienfis ac aulæ Archiepiscopalis Colonienfis ualuis tempore diuinorum officiorum, alios uero eidem Reuerendissimo do-

mino

mino Archiepiscopo fautores, complices & adherentes in dictis Parochialibus seu Parochialibus, sub qua uel sub quibus degunt & morantur, alijsue Ecclesijs & locis publicis, de quibus, ac ubi, dum, quando, & quoties expedierit, infra Missarum & aliarum horarum diuinarum solennia, dum ibidem populi multitudo ad diuina audiendum conuenerit, aut alias legitime congregata fuerit, ex parte nostra, imò uerius Apostolica, alta & intelligibili uoce citare peremptorie curetis, ita tamen, quòd uerisimile sit citationem nostram huiusmodi ad ipsorum citandorum notitiam indubitata deuenire, ne de præmissis uel infra scriptis ignorantiam aliquam ostendere ualeant seu quomodolibet allegare. Quos nos etiam & eorum quemlibet tenore præsentium sic citamus, quatenus sexagesima die post citationem nostram per uos seu alterum uestrum eis factam immediate sequente, si dies ipsa sexagesima Iuridica fuerit, & nos uel forsàn loco nostri surrogandus Reuerendissimus Iudex & Commissarius ad iura reddendum & causas audiendum pro tribunali sederimus uel sederit. Alioqui proxima die Iuridica immediate sequente, qua nos uel dictum Reuerendissimum Iudicem & Commissarium surrogandum, Romæ, uel alibi, ubi tunc dominus noster Papa cum sua Romana Curia residebit, in ædibus nostræ habitationis hora uesperorum & audientia causarum consueta, ad iura reddendum & causas audiendum pro tribunali sedere contigerit: compareant legitime coram nobis uel dicto Reuerendissimo domino Cardinali Iudice & Commissario surrogando per se uel procuratorem seu procuratores suos, idoneum seu idoneos ad causam & causas huiusmodi sufficienter instructos, cum omnibus & singulis actis, actitatis, literis, scripturis, Instrumentis, processibus, priuilegijs, alijsq; iuribus & munimentis causam & causas huiusmodi tangentibus, seu eam uel eas quomodolibet concernentibus, præfatis Reuerendis dominis Prælati, Canonicis, Capitulis & cæteris liti consortibus principalibus, in præinserta commissione specialiter expressis, seu eorum legitimo procuratori seu procuratoribus de & super omnibus & singulis in supra dicta nobis facta & præsentata commissione contentis de iustitia responsuri, ac in causa & causis huiusmodi ad omnes & singulos actus & terminos gradatim & successiue, etiam usq; ad diffinitiuam sententiam inclusiue debitæ & consuetis terminis & dilationibus præcedentibus, ut moris est, processuri & procedi uisuri, aliasq; dicturi, facturi, allegaturi, audituri & recepturi, quod iustum fuerit, & ordo dictauerit rationis. Certificantes nihilominus eosdem sic citatos, quòd siue in dicto citationis termino, ut præmissum est, comparere curauerint siue non, nos nihilominus, aut Reuerendissimus dominus Cardinalis, Iudex & Commissarius surrogandus præfatus ad partis comparentis & causam seu causas huiusmodi prosequi curantis instantiam ad præmissa omnia & singula, ac alias, prout iustum fuerit, procedemus seu procedet, dictorum citatorum contumacia seu absentia in aliquo non obstante.

A iij ET

ET INSVPER attendentes, quod lite & causa seu causis huiusmodi sic, ut præmittitur, coram nobis in Romana Curia indecise pendētibus, nihil sit in partibus per quemcunq; innouandū & attentandū, idcirco uobis omnibus & singulis supradictis, quibus præsentis nostræ literæ diriguntur, & cuilibet uestrum auctoritate Apostolica supradicta per similem modū executionis in locis ac modo & forma præmissis legendum, exequendum & affigendum tenore præsentium committimus & mandamus, quatenus post legitimam dictæ citationis executionem Reuerendissimo domino Hermanno Archiepiscopo Coloniensi, exaduerso principali, ac illi in præmissis expressè in præinserta commissione contentis, fautoribus, cōplicibus & adherentibus, ac quibuscunq; etiam Archiepiscopali, Episcopali, & alia quacunq;, & seculari etiam principali dignitate præfulgentibus, & præsertim Comitibus, Baronibus, nobiles, militibus, clientibus, præfectis, præsidentibus, Iudicibus, Scultetis, Burgimagistris, Consulibus & Scabinis, Metropolitanæ ciuitatis Coloniensis & oppidorum, uillarum, terrarum, & quorumuis aliorum locorum communitatibus, singularibusq; personis, ac cæteris quibuscunq; intra prædictam Diocœsim & prouinciã Coloniensem constitutis, seu dictæ Ecclesiæ Coloniensi quouis modo subiectis, cuiuscunq; status, gradus et conditionis fuerint, & quibuscunq; alijs supradictis, de quibus pro parte antedictorum Reuerendorum dominorum Prælatorum, Canonicorum, Capitulorum, & cæterorum principalium in præinserta commissione principaliter nominatorum, uigore præsentium fueritis requisiti seu alter uestrum fuerit requisitus, sub anathematis ac censurarum Ecclesiasticarum pœnis, necnon priuationis dignitatum, etiam Archiepiscopalium, Episcopaliū, Prælaturarū, ac quarumcunq; dignitatum & officiorum, aliorumq; beneficiorum Ecclesiasticorum, ac etiam annuarum pensionum super quibuslibet fructibus, redditibus, prouentibus & emolumentis, quomodolibet etiam auctoritate Apostolica qualitercunq; assignatarum, constitutarum & reseruarum. Iurium quoque, indultorum, priuilegiorum, omniumq; & singulorum bonorum, etiam feudorum Ecclesiasticorum, necnon inhabilitatis ad quasunque dignitates beneficiaq; Ecclesiastica, ut præfertur, etiam qualitercunq; qualificata eo ipso data contra uentione & inobedientia pœnis, quas ferimus in his scriptis, quasq; quemlibet huiusmodi nostræ inhibitioni contrauenientem incurrere uolumus ipso facto inhibeat. Quibus etiam & eorum cuilibet tenore præsentium sub eisdem anathematis Ecclesiasticisq; sententijs, censuris & alijs pœnis prædictis inhibemus, ne in appellationis ac litispendentiæ huiusmodi præiudicium, aut aliàs quomodolibet, quouis quæsito colore, ingenio uel practica, directè uel indirectè contra dictos Reuerendos dominos, Prælatos & Capitula, ac Abbates, Conuentus & Collegia, personasq; Ecclesiasticas, totumq; tam primarium quam secundarium & uniuersalem Clerum, Rectorumq;


Doctores & Regentes Vniuersitatis studij generalis ciuitatis Coloniensis
praedictos principales, eorumque adhaerentes & adhaesuros, fautores, defenso-
res & inseruientes, eorumque omnium subditos, uasallos & attinentes, quicquam
attendent, innouent uel praesumant, neue etiam praefato Reuerendissimo
Archiepiscopo in eiusdem actibus & praesumptionibus iure diuino & hu-
mano prohibitis & damnatis, eiusque in ea parte iussis & mandatis ullam obe-
dientiam in Catholica Ecclesia iniuriam praestent seu impendant, neque comme-
moratis improbatis & schismaticis concionatoribus seu Lutheranae, alia-
rumue praesentis tempestatis sectarum asseclis & complicibus, illorumue da-
mnatis opinionibus & doctrinis quouis modo attendant seu adhaereant, neque
auctoritate seu iussu dicti Reuerendissimi domini Archiepiscopi, seu alias per
iam pseudoconcionatores praedictos aliosue quoscunque se a Catholica Reli-
gionis ueritate & unitate ulla ratione diuelli, seu in aliquam nouationem uete-
ris & uerae fidei & Religionis nostrae, laudabiliumque ceremoniarum & cul-
tus diuini in Catholica Ecclesia haecenus usitati, quouis modo promoueri, tra-
hi, cogi, talesue nouationes apud se inuehi & introduci sinant, quod si secus fa-
ctum fuerit, id totum reuocare, & in statum pristinum reducere, ac ad dictarum
anathematis ac censurarum Ecclesiasticarum & aliarum praememoratarum
poenarum declarationem, earumque aggrauationem, re-aggrauationem, interdicti
Ecclesiastici appositionem, ac auxilij brachij secularis inuocationem pro-
cedere curabimus iustitia mediante. **LOCA** uero Ecclesiae Maioris ac
aulae Archiepiscopalis Coloniensis praedictarum tanquam publica & ido-
nea pro praesentibus nostris literis exequendis duximus eligenda, quae huiusmo-
di nostras citationem & inhibitionem tempore diuinorum officiorum publi-
cabunt. In quibus literas nostras modo praemisso decernimus & decreuimus
publicandas & affigendas, ne dicti sic citati & inhibiti seu eorum aliquis de
praemissis aut praemissorum aliquo ignorantiam aliquam praetendere ualeant,
seu etiam quomodolibet allegare, cum non sit uerisimile apud ipsos sic citatos
& inhibitos remanere incognitum & occultum, quod tam patenter & notorie
omnibus extitit intimatum & publicatum. Volentesque nihilominus & auctori-
tate praedicta decernentes, quod praesentes nostrae literae siue citatio cum inhi-
bitione modo praemisso executae & publicatae dictos citatos & inhibitos tali-
ter arceant & astringant & perinde ualeant, ac si omnes & singuli in eorum
proprijs personis citati & inhibiti forent, ac si eisdem & eorum cuilibet ci-
tatio & inhibitio huiusmodi personaliter lectae, intimatae & publicatae fuisset.
DIEM uero seu dies citationis & inhibitionis uestrarum huiusmodi
atque formam, & quicquid in praemissis feceritis, seu aliquis uestrum duxerit
faciendum, nobis per uestras patentes literas aut Instrumentum publicum ha-
rum seriem siue designationem in se continentes siue continens, remissis praesen-
tibus quanto citius poteritis, fideliter intimare curetis. Absolutionem uero
omnis


omnium & singulorum, qui præfatam nostram sententiam incurrerint siue incurrerit quoquo modo, nobis uel superioribus nostris tantummodo reseruamus.
IN QVORVM omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum has præsentis literas siue præsens publicum Instrumentum Citationis & Inhibitionis exinde fieri, & per Notarium publicum, nostrumq; & huiusmodi causæ coram nobis scribam infra scriptum subscribi & publicari mandauimus, sigillisq; nostri iussimus & fecimus appensione communiri. Datum & actum Romæ in ædibus nostris sub anno à natiuitate eiusdem domini Millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, Indictione tertia, die uero decima octaua mensis Iulij, Pontificatus prælibati sanctissimi domini nostri, domini Pauli, diuina prouidentia Papæ tertij anno undecimo. Præsentibus ibidem discretis uiris dominis Leone de Astorgia & Octauiano de Symoneta Camerarijs nostris, Clericis Bononiens. & Mediolanen. testibus ad præmissa uocatis specialiter atq; rogatis.


Et ego Nicolaus Halot Clericus Tullensis Diocesis, publicus Apostolica auctoritate, ac sacri palatii Apostolici causarum & huiusmodi causæ coram Reuerendissimo & Illustrissimo domino Cardinale Crescentio Iudice & Commissario Notarius, Quia præmissis omnibus unà cum prænominatis testibus præsens interfui, eaq; omnia sic fieri uidi, ac in notam sumpsi, ex quo hoc præsens publicum Instrumentum Citationis & Inhibitionis manu propria scriptum subscripsi & publicauimus, signoq; & nomine meis solitis & consuetis, unà cum prænominati Reuerendissimi domini Iudicis sigilli appensione signaui, in fidem præmissorum rogatus & requisitus.


5

NSIO. 1711









E
189

VI 711
Th
1440a